UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 85. Diversa decreta circa Monasteria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67677

Visual Library

Sæc. XVIII. A.C. 1730.

temptum ulturus, violentas manus Matronæ inferret, tumultum tamen ex Clericis nonnulli tempeſtive ſedarunt. Re comperta Boruſſicus Orator Suecum Danumque Legatos in ſuas partes attraxit, & non modo de injuria graviter cum Imperiali Cancellario poſtulavit, ſed totam rei ſeriem ad ſuum Regem perſcripſit. Cancellarius, ut gravioris moleſtiæ fomitem ſubtraheret, non tantum Cives cuſtodiæ dari præcepit, ſed etiam Managettam, cujus erat cauſſarum momenta in ſecretiori Conſilio exponere, ad Boruſſicum Oratorem ablegavit ſciſcitatum, qua via ſibi ſatisfieri peteret. Eo autem reſpondente, quod Regis ſui mandata deſuper expectaret, Comes Seckendorfius Berolini cum Rege hac ſuper re egit, eoque rem deduxit, ut ambo Cives in vincula conjecti per aliquot dies pane & aqua ſuſtentarentur, ac poſtea ad Legati ædes deducti culpam flexis genibus deprecari juberentur.

§. LXXXV.

Varia decreta circa Monaſteria.

Hoc item anno Victor Amadeus II. Menſe Junio edictum promulgari juſſit, vi cujus ſubditis ſuis inhibitum ne

ne bona immobilia in Conventus Religioſorum, vel Eccleſiaſticorum Collegia donatione aut teſtamento transferrent, bona autem a Clericis hucusque poſſeſſa, ſi olim publicis oneribus obnoxia fuiſſent, deinceps ab eis exempta eſſe non cenſerentur: Sæc. XVIII. A.C. 1730.

Jam antea Petrus II. Moſcoviæ Imperator decreto ſanxerat, ut nonniſi quinquaginta Monaſteria SS. Baſilii & Antonii in Ruſſia exſtarent, atque in ſingulis quinquaginta duo eſſent Monachi, deinceps vero nullus niſi quadraginta annos natus & a Metropolitano examinatus in hiſce Monaſteriis profiteretur: cuilibet autem Monacho ſingulis Septimanis ad victum & veſtitum aureus Ruſſicus duorum Imperialium aſſignaretur, ceteris reditibus, ærario addicendis. Paucis etiam ante obitum ſuum diebus ſtatuit, ut cuivis, cujuscunque ſit Religionis, eam libere profitendi facultas ſit, & Moſcovitæ ſeveriſſime puniantur, ſi forte liberum ejusmodi exercitium interturbare, vel e ſuggeſtu contra exterorum Religionem declamare præſumerent. Poſt obitum vero præfati Imperatoris Anna Petri I. ex Fratre Neptis die decima ſeptima Martii annuente Clero diverſas edidit ſanctiones circa dignam Sacramentorum adminiſtrationem, celebrationem

Sæc. XVIII. A. C. 1730.

diei Dominicæ & feſtorum, viſitatio- nem Scholarum, Eccleſiarum & pau- perum curam, proceſſionum ordinem, jejunia & alia Religionis exercitia.

§. LXXXVI.

Spontanea Victoris Amadei II. abdicatio.

Hic annus Sabaudis præcipue ob fa- torum viciſſitudinem memorabi- exſtitit. Præprimis Victor Amadeus II. Sabaudiæ Rex, quamvis ſexageſimum quartum ætatis annum compleſſet, fe- cundis nuptiis ſibi quinquagenariam Marchionis S. Sebaſtiani Viduam die duodecima Auguſti copulavit; Erat hæc olim Marchionis Thomæi primarii Miniſtri Conjux, ac demum Regi- defunctæ Matrona honoraria. Aug- batur a Rege variis ditionibus præter annuum viginti aureorum millium cen- ſum poſt Regis mortem percipiendum. Majori adhuc admiratione defixam te- nuit Europam ejusdem Regis abdica- tio, qua lubens volensque ſceptrum Ca- rolo Emmanueli primogenito Filio ſuo conceſſit. Jam ineunte hoc anno pr- ter duos Adminiſtros arcanorum ar- bitros, ſuum Filium arrepti hujus con- ſilii participem reddiderat: Cauſſa- tur moleſtum quinquaginta annorum

Regi-